



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Quid senserint Arist. & de Scholastici nonnulli. c. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

possint esse & intelligibiles, & obiectum veri iudicii; ergo cum Deus, quæ sua est infinitas, efficacitate sui intellectus omnia intelligibilia intellectu suo penetrat, & sicut sunt intelligat, sit, ut futura etiam, eo quod vere futura, aut non futura, quia vere futura non sunt, determinate, & certe eo modo cognoscat.

Secunda notatio o. dicitur rationis decretum Dei præcedit rerum futuritatem.

Alterum observandum est, futurum ita esse obiectum scientiæ Dei infallibilis, eo ipso quod re ipsa futurum est, ut tamē nostro modo intelligendi, supponat decretum Dei, tanquam causam, ante quod nihil intelligitur vere esse futurum: nam quamvis omne futurum ab æterno futurum sit, tamen ordine quodam rationis prius res est possibilis, quam futura, & ita nostro modo intelligendi duo instantia rationis distinguimus, in quorum priori res tantum ex se possibilis sunt, quia ex se non implicat contradictionem, & aliud in quo intelliguntur futura: & quamvis hæc rerum possibilitas supponat ut priorem possibilitatem, & esse ipsius Dei non tamen supponit Deum, ut potentem producere, aut tanquam causam productivam, ut late explicabitur infra disput. 104. at vero, quia nulla res ex se futura est, sed ex voluntate, & omnipotentia Dei, ideo antequam intelligantur futura, supponitur Dei voluntas, ut causa illius, non quidem durationis ordine, sed rationis: itaque in illo priori, quo res est possibilis, nondum intelligitur futura, nam prius est possibile, quam futurum, ut id, à quo non valet reciprocationis consequentia; sicut animal homine prius est.

Obiectio. dicitur. Soluitur.

Res prius rationis sunt possibilis quam futura.

Quod si dicas; in illo priori instanti, quo res consideratur possibilis, dici etiam potest futura pro sequenti. Respondeo, futurum non dici respectu prioris, & posterioris in eo ordine rationis, sed in ordine durationis in tempore; quod vero in tempore futurum est, & ab æterno dicitur futurum in tempore, non est futurum in eo instanti rationis, quo est possibile tantum; nam prius res possibilis est, quam futura; & si prius est possibilis, nondum est futura. Sicut ergo creatura nondum possibilis est, donec Deus intelligatur esse, qui est primum omnium ens; sic etiam creatura nondum est futura, donec decretum voluntatis esse intelligatur, ex quo, ut ex causa futura est; aut si in eo instanti rationis posset aliqua futuritio concedi, non deberet esse rerum; hæc namque prius possunt esse, quam futura sint; sed deberet poni futuritio futuritionis; hoc est, cum possibile est rem fore, simul esset fore futuri, aut futura futuritio, sed fore futuri stulte assignatur; ergo in illo priori instanti quo res consideratur possibilis, nondum consideratur futura. Quare quod aliqui dicunt, in illo priori instanti verum est dicere, futura erunt in sequenti, perinde est, atque dicere, tunc esse futurum, futurum, quæ sane reflexio, licet à nobis quoquo modo in verbis considerari possit, Deo tamen eam tribuere, stultum est, neque enim dari potest futurum futuri, ut supra dicebamus.

Sententia recentiorum refellitur.

Ex quo inferitur, recentiorum sententiam falsam esse, qui dicunt futura, quod sint determinate veritatis, in essentia Dei representari, nullo præintellecto decreto voluntatis ipsius. Nam si hoc ita esset, sequeretur non fuisse in potestate Dei, non representari in sua essentia futura, si absque decreto, & libertate ipsius, vere intelliguntur esse futura, & in essentia divina representari; at hoc est absurdum; potuit enim Deus, si voluisset, nihil pro-

ducere, tunc autem nihil esset futurum. Certe si res non essent à Deo futuræ, sed à casu, vel aliunde, possent in essentia Dei ante decretum illius representari, & in finita sua sapientia à Deo certo cognosci, ut predictum est; nihilominus prius intelligerentur possibles, quæ futura, & in instanti rationis, quo intelligerentur possibles, nondum essent future: nunc autem non solum in posteriori instanti rationis intelliguntur futura, sed etiam supposito decreto Dei, & non aliter: quia nisi ex causa sua, quæ est divina voluntas, non intelliguntur futura.

Sed quæret aliquis, An Deus eo instanti priori, quo concipitur à nobis, ut intelligens res possibles, intelligat factum suum decretum futurum, etiam si nondum sint res extra futura. Respondeo non cognosci à Deo futurum suum decretum in illo priori, eo quod in Deo supra suam essentiam nullam decretum suæ voluntatis vere nihil aliud est, quam respectus rationis ad creaturas futuras, ut disp. 80. probabitur, quare neque secundum rationem aliquid intrinsecum Deo, & reale futurum est, etiam respectu illius instantis rationis. Eius enim essentia eodem modo in se semper erit, etiam in sequenti instanti: solum autem habebit respectum quendam rationis: cumque in eo instanti, quo solum intelliguntur res possibles, nondum sint futura, nondum erit respectus aliquis decreti ad res futuras: quia neque futurus respectus ad futuras creaturas intelligi potest sine ipsis futuris: aliquid autem aliud intelligi nequit, quod vere futurum in Deo sit aut essentia additur: ergo frustra recentiores aliqui dicunt, in illo priori non solum à deo cognosci creaturas possibles, sed futurum etiam suum decretum: præsertim, cum Deus in se nunquam cognoscat respectum illum rationis, sed nudam suam essentiam, ut sæpius dictum est.

Adde etiam, quod cum instantia rationis distinguimus, ut prius consideremus vnum in deo, quam aliud nostro modo intelligendi, hic ordo non assignatur ab ipso Deo, & ita in suo intellectu non habet decretum suum rationem futuri in sequenti instanti: quia ipse, ut cognosceret hoc modo futurum, deberet instantia distinguere: nos autem hoc tantum modo distinguimus in deo instantia, ut cum Deus simul duo de se cognoscat, & nudam essentiam, & eam sub ratione decreti, nostro modo intelligendi prius cognoscat essentiam, quam decretum: non tamen decretum aliquo modo futurum, cum nunquam futurum sit, sed ab æterno præsens: instantia enim rationis circa varia obiecta ita diuiduntur, ut vnum cum alio non miscatur, etiam sub ratione futuri.

DISPUTATIO LXVI.

An propositio singularis de futuro contingenti sit vera.

Quid senserint Arist. & Scholastici nonnulli, cap. 1. Secundum fidem nostram in contradictionibus singularibus de futuro contingenti altera pars dissimile vera est, altera falsa, cap. 2.

Ratione philosophica eadem veritas probatur, cap. 3. Solutio rationis prioris sententia, cap. 4.

CAPUT I.

Quid senserint Aristoteles & Scholastici nonnulli.

VT ratio illa, qua probamus futura à Deo certo cognosci, firma maneat, necesse est, minorem

minorem illius propositionem probare, vt præcedenti disp. cap. ultimo promissimus: ea vero est, in contradictionibus propositionum singularium de futuro alteram determinate esse veram, alteram determinate esse falsam. Vnde etiam constabit, futura libera esse determinate veritatis, vt possunt intelligi à Deo: quod vt melius præstare possimus, placuit Arist. & quorundam Scholasticorum de hac re in medium afferre libet.

Secunda interpretatio
Richard. Maior.

Arist. igitur id interpret. c. s. cum docuisset in præcedentibus, contradictionem vniuersalem alteram partem esse veram, alteram falsam, de singularibus, & de futuro contingenti ait, non esse alteram partem veram, alteram falsam, sed quamlibet esse veram, vel falsam: intelligit autem Arist. non in sensu, vt Logici dicunt, distinctionis, sed distinctionis, sicut circa finem capitis concludit in hæc verba. *Omnino namque necesse est, esse, aut non esse: & item fore, aut non fore: non tamen distincte alterum dicere necesse est. Velut necesse est quidem, pugnam naualem cras fore, aut non fore: non tamen fieri pugnam naualem cras, est necesse, neque rursus non fieri.* Et Paulo inferius eandem sententiam repetit.

Quam ad
Logici
posuerunt
distinctionem.

Dicitur autem sensus distinctus à logicis, quando vniuersale membrum propositionis ita est accipiendum sub distinctione, vt de nullo sigillatim idem dicatur, quod de vtroque sub distinctione dicitur, sicut in exemplo dicto, non est necessaria aliqua ex illis partibus. *Nauale bellum erit, nauale bellum non erit.* & tamen totum illud, *Erit, vel non erit.* simul sumptum necessarium non est. Sensus autem distinctus est, quoties de aliqua parte vere dicitur id, quod enunciamus, vt si quis dicat, *Petrus disputat, aut Petrus non disputat*, altera illarum pars vera est: & non solum totum complexum sub illa distinctione. Hoc posteriori modo dignoscitur veritas propositionis per ascensum, & descensum; (vt dicunt Logici) hoc est resolutione facta in aliquam partem determinatam: priori vero non debet complexam illud diuidi: quocirca Logici dicunt non posse fieri ascensum, aut descensum.

In hoc igitur sensu inquit Arist. in contradictionibus singularibus de futuro contingenti non esse alteram veram, alteram falsam, sed necessariam esse quamlibet per se sumptam, esse veram, aut falsam distinctionem non tamen veram, vel falsam distinctione, hoc est, nullam illarum distincte, & sigillatim habere veritatem, & nullam habere falsitatem sed veritatem, aut falsitatem distinctionem.

Cather.
Gregor.
Liber.

Hanc esse Arist. mentem affirmat Catherinus in opusculo de veritate enunciationum, sic etiam ipsum interpretatur OKam (vt refert Maior in l. d. 38. q. 1.) Greg. in l. d. 38. q. 1. art. 1. Bon. ead. dist. art. 2. q. 1. ad 2. & antiqui ipsius interpretes in eum locum. Hoc dixerim, quoniam multi nostro tempore in alium sensum detorquent sententiam Arist. & ex antiquis Scholasticis nonnulli. Primo enim Capreol. in l. d. 39. q. 1. art. 2. ad 3. contra 6. conclusionem ait Arist. non negasse, in his contradictionibus alteram esse veram, alteram falsam; hoc enim falsum est, inquit ille: sed solum docuisse, vnamquamque partem contradictionis æque ad veritatem, & falsitatem se habere. Verum vt optime notauit Catherinus contra Capreolum in illo opusculo, quid aliud est, non magis ad veritatem, quam ad falsitatem determinari, quam non esse alteram partem distincte veram, alteram falsam.

Capreol.
Prima.
Antiqui.
præterea reg.
dicit.

Cather.

Secundo Richard. in l. d. 38. art. 1. q. 5. ad 1. & Maior Valquez. in 1. part. Tomus 1.

Loco allegato, sic explicant Arist. vt dicat, alteram partem non esse determinate veram; hoc est, ita veram, vt non possit esse falsa: nec alteram partem determinate falsam, hoc est, ita falsam, vt non possit esse vera: quare particulam, *Determinate*, pro necessario videntur usurpare.

Secunda interpretatio
Richard. Maior.

Hæc tamen interpretatio ex ipsomet Arist. potest redargui: primo, si Arist. contenderet in propositionibus de futuro contingenti non esse necessariam veritatem, probaret futura non euenire ex necessitate, sed libere, hoc autem nunquam in eo capite probat, imo vt notum supponit, & asserentes, propositionem aliquam esse veram distincte ad hoc deducit absurdum, vt inde concedant, nihil euenire à casu & a luctum: ex hoc etiam quod dicant, alteram esse veram distincte, alteram falsam inferi veram esse necessario veram, & falsam necessario falsam. Quocirca Ioannes Maior particulam illam *Determinate*, falso interpretatur per, *Necessario*, ea enim semel vltus est Arist. in eo cap. & idē prorsus apud ipsam significat, quod *Distincte*, quia particula sepius vitur: cum vero cōiungit nullam partem distincte esse veram, idem significat quod sigillatim, & non confusim: eo quod optime concedit, quamlibet esse veram vel falsam coniunctim, sed non distincte veram, vel distincte falsam.

Arist.
Refellitur
primo.

4

Deinde si particula, *Determinate*, idem significaret, quod *Necessario*, & solum vellet Arist. probare, in contingentibus de futuro non esse necessariam veritatem, idem de aliquibus de præsentia dicere debebat. Sunt enim aliqua præsentia non necessaria, vt, *Petrus disputat*, ergo cum solum in propositionibus de futuro dicat, non esse alteram falsam alteram veram: contendit, non solum non esse alteram necessario veram, aut necessario falsam, sed neque veram distincte, aut distincte falsam.

Tertio demum sunt, qui explicent Arist. hoc modo, vt dicat in propositionibus futuris non esse

Tertia interpretatio.

alteram partem falsam, alteram veram determinate, quæ à nobis signari possit. Sed expositio hæc inanis est tum quia, etiam in propositionibus de præsentia sunt multæ, in quibus nec ab hominibus, probatur nec ab Angelis signari potest veritas, aut falsitas, quales sunt, quæ significant internum animæ affectum. Tum etiam, quia ex eo, quod altera pars sit vera, altera falsa, inferi Arist. ante annum, & ante mille annos, & semper, hoc est, ab æterno sic fuisse; siue hoc diceret aliquis, siue non: quia propositio est vera, aut falsa ab eo, quod res est, vel non est; non ex eo, quod dicatur, aut non dicatur. Putat autem Arist. si hoc modo propositio ab æterno fuisset vera, necessario rem illam fore: nec à casu, aut contingenter euenturam: ergo non curat, an si ita vera, vt signari possit à nobis eius veritas, sed an sit ita vera, vt re ipsa ab æterno fuerit vera, ex eo quod res ipsa ita euentura esset.

Inanis esse
probat
primo.

Secundo.

Est igitur sententia Arist. manifesta, in contradictionibus de futuro non esse alteram partem distincte veram, alteram vero falsam: sed quamlibet veram, aut falsam. Hanc sententiam hoc modo explicat pro viribus defendit Catheri. loco citato, atque in ea fuit Aureol. in l. d. 39. q. 1. art. 1. conclusionem 1. & art. 3. concl. 2. quem refert Greg. d. 38. q. 3. art. 1. & Catherinus in eo opus. Imo, vt refert Gregor. docuit Aureol. falsum esse sic asserere: *Deus distincte, & determinate nonit, Antichristum fore sed solum Nonit fore, aut non fore, distinctim, aut confusim.* Fauer

Quid plane
Arist. sentiat
& alij.

Cather.
Aureol.
Gregor.

Gg 2 etiam

Caiet.

etiam huic sententiæ Caiet. In hunc art. §. Aut obiectio-
nes, cum asserit futura ut in causis omnino indiffe-
rentibus ad verum non posse cognosci, etiam à
Deo: quia nec actu, nec potentia sunt entia potius,
quam opposita, & in eam opinionem nonnulli ex
recentioribus inclinare videntur.

Prior illarum
ratio.

Probari autem potest rationibus, Primum fu-
turum liberum ideo dicitur contingens, quia ad
utramque partem indifferens est: si enim ad vnam
esset determinatum, non esset contingens, neque
liberum: nam idem videtur esse liberum, seu con-
tingens, & indifferens, æque se habens ad esse, &
non esse, ad fore & non fore: si autem altera pars
contradictionis est vera, iam res est determinata
ad eam partem ergo non est indifferens, nec libe-
ra. Deinde si hæc pars contradictionis est vera &
illa falsa: ergo necessario res eveniet, ac proinde
frustra est consultatio de futuro. Porro ex deter-
minata veritate sequi necessitatem, probat latissi-
me Arist. eo loco nam si hæc pars *Petrus peccabit*, est
vera: ergo eadem semper fuit vera: parum enim
refert, si quis eam dixerit ante annum, vel ante
mille annos, & sic in infinitum: imo vero parum
refert, quod quis eam dixerit, aut nullus dixerit,
quia propositio non est vera ex eo, quod dicatur,
sed ex eo quod res est, vel non est secundum tem-
poris differentias, quod autem semper est verum,
non potest non esse verum: neque enim est tem-
pus, quando possit non esse verum: ergo necessario
est verum, & ita res necessario eveniet: quod si
necessario eveniunt, tollitur omnis consultatio, ut
paret: id quod vel ipsa æterna veritas demonstrat.
Nam si ab æterno verum est, illud sic fore, quid
proderit consultatio, ut non sit? frustra igitur illa
adhibetur. Ex quibus illud ultimo videtur sequi,
quod dicebat Aureolus, videlicet Deum de futuris
nihil aliud scire, quam fore, aut non fore disun-
ctim, & confusim, nullam autem illius partem di-
stincte.

Posterior ra-
tio.

Arist.

7
Arist. eo loco nam si hæc pars *Petrus peccabit*, est
vera: ergo eadem semper fuit vera: parum enim
refert, si quis eam dixerit ante annum, vel ante
mille annos, & sic in infinitum: imo vero parum
refert, quod quis eam dixerit, aut nullus dixerit,
quia propositio non est vera ex eo, quod dicatur,
sed ex eo quod res est, vel non est secundum tem-
poris differentias, quod autem semper est verum,
non potest non esse verum: neque enim est tem-
pus, quando possit non esse verum: ergo necessario
est verum, & ita res necessario eveniet: quod si
necessario eveniunt, tollitur omnis consultatio, ut
paret: id quod vel ipsa æterna veritas demonstrat.
Nam si ab æterno verum est, illud sic fore, quid
proderit consultatio, ut non sit? frustra igitur illa
adhibetur. Ex quibus illud ultimo videtur sequi,
quod dicebat Aureolus, videlicet Deum de futuris
nihil aliud scire, quam fore, aut non fore disun-
ctim, & confusim, nullam autem illius partem di-
stincte.

Aureol.

CAPVT II.

Secundum fidem nostram in contradictionibus singu-
laribus de futuro contingenti altera pars di-
stincte vera est, altera falsa.

Scholasticorum
auctoritas contra
Arist.Richard.
Capreol.
Maior.
Bod. sent.
Gabriel.
Okam.
Gregor. 111.
Marfil.
Holcot.
Sotus.
Cordub.

Communis Scholasticorum consensus contra
Arist. docet in his contradictionibus singula-
ribus de futuro contingenti, alteram distinte esse
ab æterno veram & alteram falsam ex eo, quod res
ipsa aut futura est, aut futura non est. Sic tradunt
Richard. Capreol. & Maior locis cap. 1. citatis, Bonau. in 1. d.
3. a. q. 1. ad 2. Gabr. q. 1. art. 1. not. 7. Okam. q. 1. ad 1. prin-
cipale. Greg. q. 1. a. 1. Scotus in 1. d. 3. q. 1. §. V. de contin-
gentia. & §. Ad argumenta principalia, Mar. in 1. q. 4. o. ad
3. principale, Holcot. in 2. q. 2. art. 7. Domi. Sotus in 6. 9. ep.
ad Rom. p. circa finem, Cor. dub. lib. 1. q. 55. dubit. 2. quam
sententiam non solum iuxta Philosophicam ratio-
nem pu. o. veriore, sed etiam secundum rectam
fidem necessario asserendam ut rationibus ex fidei
nostræ principiis desumptis in hoc cap. monstra-
bimus.

8
Testimonia
sanctorum
Patrum in-
ducantur.

Ex Patribus vero hoc ipsum docuerunt primum
omnes disp. 68. citandi, qui asserunt, ideo Deum
præscire futura, quia illa ipsa futura sunt, nō con-
tra: nam si Dei scientia, quam de futuris habet, (ut
statim deducemus) æterna est, necesse est simul ab
æterno rem ipsam futuram esse. Quod si ideo res à
Deo cogno. citur, quia futura est, sequitur res ab
æterno ex suis causis fuisse futuram, nō ex scientia

Dei ac proinde enunciationem de futuro ex se ve-
ritatem habere. Præterea Ansel. in opusculo de concor-
dia præscientiæ prædest. & lib. arbit. c. 1. mea quidem sen-
tentia, ex professo contra Arist. disputat, quod ille
ex veritate propositionum de futuro inferret ne-
cessitatem in rebus: & luculenter ostendit Dei sci-
entiam certissimam esse, & res futuras ab æterno
esse futuras, aliquamque inde consequi necessita-
tem, quam sequenti disp. explicabimus: ex illa ta-
men nihil adimi libertatis nostræ voluntati Arist.
autem, cum ex veritate inferret necessitatem, ne-
scivit cum ealibetatem arbitrij conciliare: ac pro-
inde, ut libertatem assereret, propositionibus de
futuro veritatem abtulit, ea vero ablata, scientia
de futuris, etiam ipsius Dei, de medio tolli necesse
est, ut mox inferemus.

Probat igitur primo Theologica ratione al-
teram propositionem de futuro contingenti di-
stincte, & determinate esse veram, alteram vero
contradictoriam esse falsam. Nam, ut ipse Arist.
concedit in illo 8. capite, si propositio de futuro
esset vera, qui illam enunciaret ante annum, vel
ante mille annos, vel quouis tempore, verum di-
ceret: ergo è contrario si aliquis enunciaret propo-
sitionem de futuro dicit verum, necessario conse-
quitur, ipsam propositionem esse veram, & futu-
rum illud vere esse futurum: nam si æque esset in-
determinatum ad fore, & non fore & propositio
nec esset vera, nec falsa distinte: sed vera, vel falsa
confuse, & queritur, eum qui propositionem il-
lam proferret, nec dicitur verum, nec falsum:
sed verum, aut falsum, imo ut sequenti cap. dice-
mus, qui ass. retet distinte alteram partem, sem-
per diceret falsum: atqui propositiones de futuro
contingenti vere prædicantur à Prophetis, &
à Deo, & talemque prædictionem dicimus esse di-
stincte, & determinate veram: ergo signum est,
propositionem ipsam distinte & determinate ef-
se veram. Idem argumentum fieri potest de scientia:
nam si aliqua scientia futurorum est vera, sequitur
ipsa futura, quæ sciuntur, vere esse futura, atque
enunciationem de illis veram esse: scientia autem
Prophetarum, & Dei, quam de futuris habent, est
vera, ergo ipsa futura vere futura sunt, & enuncia-
tio de illis vera erit.

Respondet Cartheri. in illo opusculo, quem re-
centiores nonnulli sequuntur, propositionem qui-
dem de futuro esse veram quatenus reuelata est à
Deo. vel ab eo scita, eo quod habeat eam Deus in
sua æternitate præsentem, si vero referatur ad cau-
sam, ex qua futura res est, alteram partem contra-
dictionis distinte non esse veram, sed veram aut
falsam. Verum quam parui momenti sit hæc solu-
tio, subinde demonstro, primum, si eo ipso, quod
Deus scit vere, aut vere prænu. ciat rem aliquam
esse futuram, sequitur eam esse præsentem in æter-
nitate, ut à Deo certo, & determinate sciatur sic
etiam, ut ea res sic vere futura. Nam quo pacto de-
termine potest esse præsens Deo, aut præsentia
reali, aut etiam vera præsentia obiectiva, si ipsa
nondum determinate, & vere futura est? Tum et-
iam, fieri nequit, quin illud, quod Deus novit in
tempore futurum, non sit futurum, siue illud res
proveniat à scientia Dei, aut voluntate eius, siue
etiam à causa creata, nam optime sequitur aliquis
intellectus vere novit, rem esse futuram, ergo res
illa futura est, vnde cumque igitur illud futurum
sit, propositio ipsam enunciatis distinte, & deter-
minate,

Primari
Theolog
ten ra
ritiam di
9Cartheri
Respond.10
Infini
primi

Secundi

Terti